

Ann. IX.

ROMAE, Kal. Octobribus MDCCCCVI.

Num. X.

VOX URBIS


DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

SEMEL IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 4,80;
ubique extra Italiam Lib. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in commentarii operculo
Lib. 0.10 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKĄ RODZINNA"

VARSAVIAE POLONORUM
Rakowskie Przedmiescie, 15.

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM
Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET
S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

LONDON W.
28, Orchard Street.

RATISBONAE in BAVARIA.

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL
1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

- Dum ratio latinae linguae docendae in quaestione versatur.
De quibusdam praeindicatis vulgaribus opinionibus deque artis magiae
vestigiis in G. Lucilii satirarum fragmentis.
De Americanis populis antiquissimis.
Ioci.
De Mediolanensi artium recensione.
Geographicae notae. — Caepionis sive Simplonis mons effossus.
Ex Oriente. — SS. Iesu Christi Sepulcerum Franciscani adversus Graecos tuentur.
Vox Urbis Palaestra. — De Croeso et Solone.
Acta Pontificia. — « Motu proprio » de Religiosorum Sodalitatibus nisi consulta Aposto-
lica Sede non instituendis.
Diarium Vaticanum. — Coram SSmo admissiones. — Pontificiae electiones. — Vita functi
viri clariores.
Annales: Russicae res. — Civile bellum in Cubana republica. — Ad flumen Ianuarium
totius Americae conventus. — Liburnos inter atque Italos discordiae. — Gallium
religiosum diserimen.
Per Orbem.
Aenigmata.

In tercia operculi pagina:

ZENO - Tragoedia JOSEPHI SIMONIS Angli. (Passim retractavit hodiernisque scenis
aptavit I. F.).

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCC VI

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
Comm. VOX URBIS in an. MDCCCCVI.

Premium annuae subnotationis est in Italia Libell. 4,80;
ubique extra Italiam Libell. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5;
March. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25 *recto tramite* mitten-
dum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM
COMMENTARIU "VOX URBIS", POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA:

Qui socios novos comparaverit duos premiumque eorum
subnotationis mi-
serit, subnotationem gratis omnino sibi habebit.

Qui triginta socios novos comparaverit ante Iulium
mensem – bi-
bliopolis exceptis – dimidiatum premium itineris habebit a quovis Europae
loco ubi vivat Romam usque, atque inde in domum suam, secunda, prouti
vocant, ferriveharum classi usus.

Qui sexaginta socios novos comparaverit uti supra,
eodem iti-
nere gratis omnino fruetur.

In Italia:
Lib. 6,25, D.

D

LATINAE L
IN QUAE

Quae nuper in
portuneque de la
Tayler Chave B.
momenti mihi vi
veo quod; quum
acerbo animo in
invehantur nimis
clariori ostendunt
apud homines ben
in dies crescere s
diffundi.

Quaestio a cl. a
diu meditatus su
guiae magistros g
rationi ac viae di
mutandae studea
constitutat axioma
latini sermonis i
miorem brevi pue
tuos.

In hac re, profec
mam sententiam ex
peratus est in usita
omnia, mutato ordi
fit ingens, quapro
praecipitique cursu
euiquam per hoc in
tefacere, quidnam
ceptorum vel potiu
rum viam invertere

Huc mihi evasis
viri cl. Collar et Da
cepta decurrentes,
anno tradenda – c
mentionem facit –
Commentarios detu

Quam docendi i
nil omnino intell
Rectius quidem a
anno, postquam p
attigerunt ac satis
que Vitis exerciti
multa sunt immuta
saris de bello gall
taxis legibus per op
erationem praemissi

His vero magist
obstant qui alia p
secre inbent suos

At hoc modo, di
quasi levis ac vili

(1) Cfr. Vox Urbis, an-

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 4,80 — Ubique extra italicam:
Lib. 6,25, Doll. 1,25, Sch. 5, M. 5, Rubl. 3, Coron. 6,25

SEMEL IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

DUM RATIO

LATINAE LINGuae DOCENDAE
IN QUAESTIONE VERSATUR.

Quae nuper in hoc Commentario eruditte opportuneque de latina disciplina administranda Tayler Chave B. A. disseruit (1), hand parvi momenti mihi videntur, et eo libentius illis favo quod; quum nostra aetate non desint qui acerbo animo in haec studia, tamquam irrita, invehantur nimis novitatem rerum adducti, luce clariori ostendunt, non solum latinitatis cultum apud homines bene sentientes vigere, sed etiam in dies crescere sapientique iudicio renovatum diffundi.

Quaestio a cl. scriptore agitata, quam ego diu meditatus sum, apud omnes latinæ linguae magistros gratiam inibit, quippe quae rationi ac viae disciplinae paedagogicae permundandæ studeat, nonnullaque ante oculos constitutæ axiomata, quibus adhibitis, speret latini sermonis notitiam ampliorem et firmiores brevi pueros erudiendos esse assecuturos.

In hac re, profecto, si meam licet humillimam sententiam expromere, utrumque modus superatus est in usitata doctrinae ratione. Nam, si omnia, mutato ordine, miscentur et perturbatio fit ingens, quapropter alia super alia ruunt præcipitique cursu dissolvuntur, nec facile est cuiquam per hoc impedimentum sibi viam patetacere, quidnam eveniet si, frenis datis, præceptorum vel potius rudimentorum tradendorum viam inverterimus?

Huc mihi evasisse videntur, exempli gratia, viri cl. Collar et Daniel qui, grammatica præcepta decurantes, ad principia latina primo anno tradenda — cuius rei Chave suo scripto mentionem facit — discipulorum menti Caesaris *Commentarios* detulerint!

Quam docendi rationem, ut aperte dicam, nihil omnino intelligo.

Rectius quidem apud nos: nam, tertio tantum anno, postquam pueri grammaticæ notitiam attigerunt ac satis in Phaedri fabulis Nepotisque Vitis exerciti sunt, quamquam etiam hic multa sunt immutanda, Commentariorum Caesaris de bello gallico studium instituitur, syntaxis legibus per opportunam exemplorum prolationem præmissis.

His vero magistris, quos supra nominavi, obstant qui alia pergunt via, quique « non dixerit iubent suos pueros, verum laborare ».

At hoc modo, disciplinae latinæ studium in quasi levis ac vilis rei tractationem converti-

tur. Nec iniuria: si enim ab imis fundamentis in humanarum litterarum momento atque utilitate significanda — sermonis quoque graeci causam dico — præceptor indormit, et arida fit exercitatio, intra nimis angustos fines conclusa, quum minime sensim puerilia ingenia pulchritudine ac splendore linguae degustando exerceantur, nec penitus eorum in animis legum et præceptorum insedeat notitia, quid mirum si iidem pueri, paulo post, vix quum exierint e schola, non solum ne unam quidem vel facillimam propositionem latine vertere scient, sed etiam probrosis verbis hoc studium contemnant illudantque?

Ad hanc non absolutam rationem sanandam, vel potius ad meliorem reddendam disciplinam paedagogicam, septem Chave proponit axioma, in quibus liceat mihi aliquantulum morari, quo facilius intelligi possit usque quo in morem perducenda sint ac quanam utilitate adhibenda.

Iuvat vero hic — quamquam aegro animo — præmittere optima auctoris consilia in magnam difficultatem usus delabi, præsertim nostrorum studiorum distributione, qua iuvenes, tot disciplinis gravati, vix uniuscuiusque speciem et formam sibi possint fingere; attamen licet sperare, quum radicibus aliaque via immutata et perducta fuerint studia, brevi fore ut ea in promptu sint ac late et utiliter adhibeantur.

Et veniamus ad axiomatum iudicium.

I. Copiosa latinæ linguae notitia appetenda est.

Eamdem ego sententiam sequor. Scilicet rem non sane probo, qua, apud nos, in grammaticæ elementis primo anno tradendis, studiorum moderatore iubente, notitiunculam quamdam, et eam valde incertam, attingere debeant pueri. Sunt enim nimis angusti fines, intra quos istorum ingenia concludi volunt; ex quo fit ut, male præceptis comparatis maleque digestis propter temporis angustiam — a mense tantum aprilii hoc studium ducit initium! — raro reperias qui verba casibus immutare calleant!

Et quidem mos civilisque Romanorum consuetudo eadem est ac nostra! Quod — ambage remissa — aperte significat nostrum esse latinam linguam penitus, interiore vel nominum voluntate, diligenterque discere et haurire.

II. Latinus sermo integer (quantum potest) tradendus est, etc.

Hoc per se patet: si enim in tali studio, aetatem, quam vivimus, semper oportet spectare, ridiculum est præ aliis plautinas voces discere, vel duodecim tabularum vel barbarorum tem-

porum, et integras negligere, quum hæ ad usum hodiernum appellant revocentque, illæ vero longius dimoveant.

Omnium sermonum, quae restant, sunt publica verba: cetera, inveterata, obsoleta, barbara, nihilque coloris hodierni in se habentia, minime discentes conciliant. In his solum studiosi homines versantur, reliquarum antiquitatis investigatores, penes quos plurimæ sint litteræ.

Universam linguae notitiam comprehendere pulchrum est: sed discipulos deceat illis tantum animum attendere, quae spirent, quæque integratæ et usus vestigia gerant.

III. Integer ut sit sermo plenusque, usu et exercitatione iam inde ab initio discendi opus est.

Convenit hoc mihi quoque cum Chave auctore. Ut præstans sit medicina, funditus immutanda est discendi ratio atque ab usitata consuetudine recedendum. Miror etiam nunc, — ex italicis litteris exemplum placet mutuari —, cur olim in consuetudinem venerit, pueris, primos gradus per studiorum augustias ferentibus, fabularum XIV saeculi huiusmodique litteratorum monumentorum lectionem imponere...

Chave autem discendi initium spectat, nec fallit: sed timeo ne, hodierna studiorum præscriptione, optatum exitum hac via sperare possit. Ceterum, eius consilium optimum erit, quum melius constituta rectiusque ministrata studia latinæ linguae fuerint.

IV. Haec exercitatio ususque requirit, ut pleniores locutiones tradantur potius quam singulae voculae.

Constat — nec multis opus est verbis ad id affirmandum — « usum magistrum esse egregium », « optimum dicendi magistrum », frequentemque « omnium magistrorum præcepta superare ». Ut enim corpora iuvenum labore firmantur, sic usu et exercitatione mentis acies acutur, ac melius velociusque ad omnes leges vel sermonis varietates addiscendas se comparat. At hic est locus: quomodo enim, in hac exercitatione, a plenioribus locutionibus duci potest initium, quum singulae voculae non satis traditae sint? Quae res mihi videtur saltum dare...

Si enim agendum est in principio cum pueris, quorum plerosque veteris linguae addiscendae spectrum terreat agiteturque, quippe quibus iam suis ab amicis aut condiscipulis difficultatis opinio amplificata fuerit, cavendum est ne lineae praeter modum in docendo transliniantur.

(1) Cfr. *Vox Urbis*, an. IX, n. VIII.

Exspectemus dum maturiores facti sint: tune voculas singulas plenioribus locutionibus sufficere licebit.

Quae restant tria axiomata, egregia landeque digna sunt ob illa quae in se habent:

Auctor ineribili ardet cupiditate, ut discipuli latinam linguam calleant, in ea cotidie magis exerceantur, ratione naturae sermonis diligenter servata, ac latine, quantum fas est, de certo aliquo arguento loquantur. Ad id non errantibus sane, sed ingredientibus viam eleganter monstrat.

Equis - quaero - non probat ista? Equis dubitat quin rectam ille instet viam? Etenim confiteri pertinet apud nos, post multas latinas exercitationes per duo circiter quadriennia productas, multosque scriptores lectos et explanatos, vix ullum reperiri posse qui, non dicam oratione perpetua, latine loquendo par sit, at saltem brevissimam quamdam disputatiunculam ordiri aec sustinere, aut de facillimo quodam arguento, quin erret ac desint vires, possit confabulari!

Quod si gallici sermonis magistri tertio vix anno nostris in scholis iubentur pueros sensim in gallice confabulando exercere, iure haec optima consuetudo exposci debere mihi videatur in disciplinae latinae administratione, eo magis quod, alii et iis quidem magni ponderis considerationibus posthabitis, per plures annos hoc studium producitur.

His omnibus perpensis, opportune igitur - ut me a calce revocem ad careerem - Chave sua axiomata opposuit, enius in sententiam, quamquam fortasse quispiam severe pronuntiatam iudicaverit, pauca si excipiias, discedere non dubito.

Nostra aetate - ne dixerit quis eamdem me canere cantilenam - quae quidem antiquam gloriam nobilemque originem iacet, quamque vetustas illa suorum romanorum operum splendore circumfundit, nescio quo iudicii detimento, latinae disciplinae nimis infestum bellum indicetur. Oportet ideo mentes amenti caecas furore cohibere, huic studio pondus restituere, latinitatis amorem omni ope atque opera promovere.

Quod si quis quaerat quo libro, prae aliis, utendum sit ad latinae praeepta bene addiscenda, nova exposita ratione, novisque doctrinae necessitatibus optime respondentia, aedat perlegatque eruditissimi viri Henrici Cocchia grammaticam, in qua inest mirabilis ordo, lucida exemplorum prolatio, quamplurima legum sermonis cognitio ac ratio, omniaque eo consilio comparata ut alliciatur gustus, et intellectus aptetur ad id quod sibi datum fuerit in suam rem convertendum.

Postremum gratulor Voci Urbis quod, dum, optime merita, latini nominis exenbias agit, suas animose pandit paginas ad hoc in dies fovendum, omniumque honestarum causarum simul eodem pertinentium sese patronam constituit.

Scrib. Cavae, Kal. Sept. MCMVI.

M. GALDI.

DE QUIBUS DAM
PRAEJUDICATIS VULGARIBUS OPINIONIBUS
DEQUE ARTIS MAGICAE VESTIGIIS
IN G. LUCILII SATIRARUM FRAGMENTIS.

PERPAUCA quae exstant Satirarum G. Lucilii fragmenta - ex triginta Sermonum libris, haud multo plus minusve, mille versus supersunt, quos emendavit et adnotavit Lucianus Mueller, Lipsiae, in aedibus B. G. Teubneri, MDCCCLXXII - rerum materiam ac copiam, ni uberrimam, at certe eruditis hominibus gratam acceptamque ostendere mihi videntur.

Et sane id cito perspexeris, si adiuncta temporum ad quae Luciliana carmina referuntur atque sinceram ipsius poetae animi indolem animadverteris, qui omnium quae attigit plane sibi conscient prolapsi in vita saeculi pravas consuetudines paene verbis effinxerit.

Utque primos satirici carminis ortus mente repetamus, nemo est qui ignoret nonnulla lepide dicta in Q. Ennii fabulis reperi, praeter ea quae ex comoediae atticae exemplarum imitatione, Timonis praesertim, Bionis, Cratetis et ceterorum, romani scriptores mutuatis sunt; sed « italicum acetum » nonnisi ex romana satira hauries, si M. F. Quintiliani testimonio fidem habueris: « Satira tota nostra est » (1).

G. Lucilius, Suessae Auruncae natus a. 574/180, Romae vixit diemque supremum obiit Neapoli a. 651/103, ea scilicet tempestate, qua Romani, post victorias in Africa, in Hispania, et in Oriente relatas, priscis mutatis moribus, inanis gloriae cupidi, conviviis luxuque tempusterentes, in peius ruere coepérunt; quare, peropportunam occasionem nactus tam perditos homines mordaci carmine perstringendi, Lucilius totus in eo est, ut quae ad rem publicam, sive familiarem, sive ad artes et litteras spectent, prout res postulat nudet et verberet. Horatius aperte id fatetur:

*Ille velut fidis arcana sodalibus olim
credebat libris, neque, si male cesserat, usquam
decurrens alio, neque si bene; quo fit, ut omnis
rotiva pateat veluti descripta tabella
vita senis... (2).*

Et l. e. 62 et seqq.:

*..... Quid, cum est Lucilius ausus
primus in hunc operis componere carmina morem,
detrahere et pellem, nitidus qua quisque per ora
cederet, introrsum turpis: num Laelius aut qui
duxit ab oppressa meritum Carthaginem nomen
ingenio offensi, aut laeso doluere Metello
famosisque Lupo cooperato vestibus? atqui
primores populi arripiuit populumque tributum
scilicet uni aequus virtuti atque eius amicis.*

De Lucili fide et probitate ambigemus? Etsi multorum hominum est aliud animo agitare, aliud ore loqui, cave fas nefasque confundas. Enimvero Lucili optimi sensus de veritate dicenda, de re familiari servanda, de avaritia fugienda, ut cetera omittam, ex fragm. 168, 453, 783, etc. late patent (3). Adde nobilissimam illam et vere romanam virtutis definitionem, « quae tam longo intervallo - ita ad rem

(1) *Inst. div.*, VI, 5, 2 et cap. proximo 6, 7, 12.

(2) *Serm.*, II, 1, 30 et seqq.

(3) Cf. VITELLI - MAZZONI, *Manuale della lett. lat.*, Firenze, 1898, pag. 90 e segg.

scribit L. Mueller - a Graecorum philosophorum placitis quam a Christianorum doctrina distat; quam contra Lucilium adserit Laetantius »: (1)

*Virtus, Albeine, est pretium persolvere verum
queis in versamur, queis virim rebus potesse:
virtus est, homini scire quo quaeque abeat res,
virtus, scire, homini rectum, utile, quid sit honestum;
quae bona, quae mala item, quid inutile, turpe, in-*
*[honestum]
virtus, quaerendae finem rei scire modumque:
virtus, dirittiis pretium persolvere posse:
virtus, id dare, quod re ipsa debetur, honori;
hostem esse atque inimicum hominum morumque ma-*
*[lorum],
contra defensorem hominum morumque bonorum,
hos magni facere, his bene velle, his vivere amicum:
comoda praeterea patriai prima putare,
deinde parentum, tertia iam postremaque nostra (2).*

At, ne a proposito exurram, quid mihi ex Lucilii fragmentis breviter inlustrandum sit lucide exponam.

Evidem nil novi afferre possum ad ea, quae, omnibus rebus, ne dicam veteres, sed et recentiores de poeta nostro disputaverunt. Cuique enim eruditorum hominum noti sunt Iltegen (1865), Boutervek (1867), Himer (1878), Zawadzki (1880), Zagorski (1891) aliique artis criticæ studiosi, inter quos peculiari memoria dignus est Edmond Dupouy, natione Gallus, qui anno 1885 in Iucem opus edidit, cui titulus: *Médecine et mœurs de l'ancienne Rome d'après les poètes latins*; qui liber multa utilia continet ad medicinae usum accommodata, licet, quod maxime dolendum est, ad christianam de moribus doctrinam non semper ad unguem eastigata. Igitur, quum, quod ad nostrum poëtam attinet, vix ulla quaestio sit inexplicata, quaedam in unum cogam, quae specie saltem novitatem sapient, idest de praeiudicatis vulgaribus opinionibus deque artis magicæ vestigiis, quae apud ipsum poetam facile invenies, sermonem instituam. Quod si diligenter perfecero, maiori meo labore (3), cui iam summam manum impositurus sum, me aliquid addidisse iuvabit.

Locus quem ordine primum explanandum suscipimus est lib. XXVII-XIII (XXII, 1) d ex L. Muellerii ed.:

*ut mercede conductae flent alieno in funere
praefacie, multo et capillos scindunt et clamant magis.*

Patet hie agi de « praefiarum » more vetustissimo, quae mercede conductae in alienis funeribus cadavera in rogum imponenda euilando comitabantur. Quem nostri poëtae locum confer cum horatiano illo de assentatoribus:

*Ut qui conducti plorant in funere, dicunt
et faciunt prope plura dolentibus ex animo, sic
derisor vero plus laudatore moveatur (4).*

Apud Horatium illud « conducti » masculini generis, nimis latam habet significacionem eamque quae historicæ veritati repugnet, quum praeficias feminas fuisse constet. « Antiqui - ita ex Aeronis testimonio - praeficias dicebant mu-

(1) *Inst. div.*, VI, 5, 2 et cap. proximo 6, 7, 12.

(2) Fragm. 119 B.

(3) *Magia e pregiudizi nei poeti latini dal 70 a. Cr. al 117 d. Cr.*

(4) *Ad Pis.*, 431-433.

lieres, quae mortuant; quod fit in beneficiis redimiti xandriae obolis coet hoc tam valde illorum fuisse credoantur Threnodes communi consuetu pro certo est in idest feminas, non fuisse.

Hinc quaeri posse? Ratio quam a ratiis, in universo ignorantibus, illorum feruntur nullum minas ponit. Quid earum munus a erant apud veteres longe abesse, prae semper feminae euntes iungendae? Puto rite flebili vociferatione placandos interdum.

Praeterea, quum plebis mulierculae tantum quominus « sagaciam copia aderat, id probitremur? En ideo, vulgaris praeiudicatio temporibus in ventin; eni rei testis ex officio, alieni ager teresse. Heu, quanto rumque ad sidera continentem, quo cadaver « conticuere omnes Atqui nonnulli putant aeternam caelicolum iter accelerare! (1).

(Ad proximum n.

DE AMERICANIS

QUARTUM nuper lissoleti pauperi hictus Christophorus est, qui et Iberiae, et mundum dono dedidit divina; qui Crueis vidia oppressus atque vineula et famem morum populorum cultis gentibus pat

(1) Ad haec fragm. lib. tum farcto omnino.

« Circumferre... sonat idem ter socios pura circ (Dupouy, op. c., p. 203) para luxure de la jeunesse sages qui se rapportent à champions fut laissé pour l'usage, avec un gâteau de ménailles commencées, les cher... voilà qu'on renvoie ville! C'était un cadavre vites faisaient une conte tristesse de circonstance.

corum philosophorum doctrina
adserit Laetan-

*persolvere verum
'rebu' potesse:
neque abeat res,
le, quid sit honestum;
id inutile, turpe, in-
[honestum
re modumque:
re posse:
ebetur, honori;
uinum morumque ma-*

*[lorum,
rumque bonorum,
, his vivere amicum:
ia putare,
stremaque nostra (2).*

ram, quid mihi ex
nlustrandum sit lu-

possum ad ea, quae,
reteres, sed et re-

putaverunt. Cuique
noti sunt Iltegen
Himer (1878), Za-

1891) aliquis artis

peculiaris memoria

ny, natione Gallus,

opus edidit, cui ti-

de l'ancienne Rome

ni liber multa utilia

m accommodata, li-

m est, ad christia-

non semper ad un-

m, quod ad nostrum

gaestio sit inexplo-

gatam, quae specie

hdest de praejudi-

s deque artis ma-

ossum poetam facile

m. Quod si diligen-

abori (3), cui iam

ositurus sum, me

vabit.

um explanandum

XIII (XXII, 1) d ex

o in funere

unt et clamant magis.

arum » more ve-

nductae in alienis

imponenda ei-

ostri poëtae locum

assentatoribus:

funere, dicunt

bus ex animo, sic

ovetur (4).

ducti » masculini

significationem

ti repugnet, quum

et. « Antiqui – ita

ceas dicebant mu-

no 6, 7, 12.

tinis dat 70 a. Cr. at

lieres, quae mortuos alienos conductae plorabant; quod fit in quibusdam provinceis, a quo beneficiis redimitur ». Porphyron autem: « Alexandriæ obolis conduceuntur qui mortem fleant; et hoc tam valde faciunt, ut ab ignorantibus, illorum fuisse credantur qui efferuntur. Hi ergo vocantur *Threnodæ* (Θρηνῳδοι) ». Verum ex communi consuetudine, ut iam animadvertisimus, pro certo est in mortuis plorandis praeficias idest feminas, non mares, mercede conductas fuisse.

Hinc quaeri potest: cur feminæ, non mares? Ratio quam affert Porphyron, qui, ut Horatius, in universum de re loquitur, « nt ab ignorantibus, illorum fuisse credantur qui efferuntur » nullum discriben mares inter et feminas ponit. Quid ergo? Mihi videtur praeficiarum munus a magicis artibus, quae tanti erant apud veteres, minime ex omni parte longe abesse, praesertim quum in re magica semper femina primas agat. Quomodo autem artes magicae cum mortuorum funeribus coniungendæ? Puto naenias, quas praeficiae cum flebili vociferatione edebant, ad deos inferos placandos interdum adhiberi solitas fuisse.

Praeterea, quum praeficiarum munere infimæ plebis mulierculæ saepe fungerentur, quid vetat quominus « sagas », quarum Romæ maxima copia aderat, id praestitisse non numquam arbitremur? En ideo, meo quidem iudicio, huius vulgaris præiudicatae opinionis origo. Nostris temporibus in venetiis pagis hic mos adhuc obtinet; cuius rei testis et spectator ipse fui quum, ex officio, alicui agrestium hominum funeri intercessem. Heu, quot virorum ploratus mulierumque ad sidera eiulatus, eo temporis momento, quo cadaver domo efferebatur! Dein... « conticuere omnes » usque ad silicernum! Atqui nonnulli putant hac vana religione in aeternam caelicolum sedem piorum Manibus iter accelerare! (1).

(Ad proximum numerum).

Doct. MARCUS BELL.

DE AMERICANIS POPULIS ANTIQUISSIMIS.

QUARTUM nuper recurrente die ex quo Valisoleti pauper, egenus, ab omnibus derelictus Christophorus ille Columbus vita functus est, qui et Iberiae, et Europæ ignotum patribus mundum dono dederat, virtute ingenii paene divina; qui Crucis victoriae tot agmina novorum fidelium tradiderat; ipse autem hominum invidia oppressus atque opibus expoliatus, post vincula et famem miserime obiit; antiquissimorum populorum qui in America, nondum cultis gentibus patefacta, vixerunt, memoria

(1) Ad haec fragm. lib. II, IX (16) b:

tum fareto omnia sunt circum lata ~oo~

« Circumferre » sonat « lustrare » (Cf. Virg. Aen. VI, 229: *idem ter socios pura circumvittit unda*). « La satire suivante (Dupouy, op. c., p. 203) paraît avoir été écrite sur le faste et la luxure de la jeunesse romaine. On y trouve quelques passages qui se rapportent à un duel, à la suite duquel un des champions fut laissé pour mort. Son logis purifié, suivant l'usage, avec un gâteau de graisse, *tum fareto, etc.*, les funérailles commencées, les sacrifices accomplis devant le bûcher... voilà qu'on rencontre le mort se promenant dans la ville! C'était un cadavre d'occasion devant lequel les invités faisaient une contenance sévère et s'essayaient à une tristesse de circonstance ».

hic illic revocata est. Atqui diu etiam post exploratas a dueibus strenuissimis longe lateque novi mundi regiones nullius quasi pretii huiusmodi rerum investigationes ducebantur; neque ab Europæ antiquitatis studiosis tantum, sed ab ipsis quoque Americanis doctoribus, qui suam humanitatem tunc primum obortam retinebant, quum Iberi nautæ vel milites eorum regionibus potiti fuere. Diurna enim opinio invaluit, Graecam praeter humanitatem atque Romanam nullam unquam ceterorum populorum fuisse, qui ut Graeci veteres plane solebant, et apud nos barbari ducebantur.

Hanc vero contra sententiam Henricus Bancroft primus surrexit; qui suæ regionis antiquitatum studiosus quam maxime, postquam singularē veteranum librorum aut papyrorum ad rem attinentium bibliothecam collegit, insignem edidit librum, ubi historiam populorum a Panamensi usque fretu ad Alaskaros glacies antiquitus incolentium enarravit; maxime vero eorum, qui per medias totius Americae partes, Yucatan nimurum sive Mexicana in peninsula, florere.

Iuvat praesertim humanitatem populorum legere, quos Atzehiae regiae stirpis atavi, Nauhatis sive, sive Mayas, certis primum legibus gubernarunt, certisque armis defenderunt

Banterofti huius post vestigia complurimi modo historiographi sequuntur sunt, quorum princeps Ioannes Wells Foster, qui Ohio fluminis per regionem peragrans, huius per ripas tumulos frequentes invenit, humanitatis veterum populorum reliquias sane præclarissimas. Nam aggeres huiusmodi atque fictiles casae, quae a nordieis usque lacubus ad Panamensem fretum passim litora compleunt, haud naturae quidem opera, sed hominum manu facile congesta apparuere, modo domus ad instar, modo sepulcri, modo templi, modo propugnaculi exstructa.

Hisce autem investigationibus, ut oportebat, ascellarum manus haud infrequens sese modo tradidit; quibus et eorum maxime succurrerunt studia, qui populorum doctrinam, persequuntur. Quorum omnium conlato labore dicere non est quam multae omne genus notitiae vetustissimæ humanitatis collectae sint, et conquisitae, et quam multa tum e monumentis tum e libris erutae; maxime quidem quum Academia illa Smithsoniana multam in rem pecuniam et congerere et impendere non desiit, ut de aborigenis Americanæ terrae populis antiquissima gesta eruerentur in luceem. Accessit tamen validissimum Americanæ Archaeologicae Academiae subsidium, quae effossiones late ducens tenebris terrarum abditas memorias in propulo tandem collocavit.

Tunc, non secus ac per Europæ terras, per Americam quoque varias gentes et imperia aliam post aliam successisse ac regnasse innotuit, neque iam est qui dubitet quin remotissima aetate, antequam Groenlandicas ad glacies Scandinavi nautæ appellerent, per Oceani vias Americani cum nostris communicaverint commercia et mores; et ingenitum aliquod atque commune signum, sive ex sermonum adfinitate, sive ex artium similitudine, sive ex religionum convenientia, sive ex morum maxima concordia, nostras inter, sive Asiaticas sive Africanas gentes, atque ultimos illos incolas interfuerit. Neque

hodie est qui ambigat diu ante Christophori vinum facinus, a nostro in adversum litus nautas audacissimos commigrasse, quorum primum laboribus intactae regiones exculta sunt.

Quae in tuto ponunt maxime reliquiae per Mexicanas provincias, vel per Arizoniam, aut Texasanam, aut Arkansianam terras detectae; lapides, tituli, ruinae, signa, tempora, arma, suppellectiles, sepulera. Nam saepe tituli et notae cum Aegyptiorum notis conveniunt, ut Washingtonica Academia Geographica plures animadvertisit, quae plane consanguinitatem inter utramque gentem facile evineunt. Neque secus eorum religio saepe cum Indorum aut Sinensium religione convenit, ut Baalicus ritus, cui a solis chorea nomen est, quem et Assyrii et Indi et Peruvienses et Mexicanæ servabant. Quamobrem nullum iam superest dubium quin antiquissima Americanorum historia, quum latius innotuerit, haud minus ponderis habitura sit quam quae nostris de gentibus iamdiu nota est.

Nec enim amplius credere iam licet Atzehios, Mexicanæ regionis incolas ac centralis Americanæ reges, populos Americae præcipios fuisse; antiquioris enim gentis modo inventa sunt vestigia, nempe Zapotechiae. Huius præsertim opera per Oxaca regionem patebant sepulera per monticulos crucis in formam excavata. Monticulus vero Albanus eam prope urbem, munitissimi oppidi vestigia præbuit. In Zachilana autem valle per tumulorum latebras, et caderæ, et specula, et vasa, margaritæ et aliae gemmae affabre exornatae reperta sunt, et tituli aliis omnino characteribus inscripti, quam qui hactenus Mexicano in imperio effodiebantur.

Novae igitur effossiones quantum scientiae allaturaæ sint incrementum nemo prædicet: ita ut tenebris diurnis obruta historia fore ut aliquando illustretur non iniuria Americani doctores investigatoresque cum doctis totius orbis viris confidant.

TOCI.

Coriolanus vetulus ex urbe X, alter a Sileno illo Bacchi nutrio, postquam cum amicis ad multam noctem potavit in oenopolio, domum reverti erranti gradu contendit. Interea effervescente magis vino, capitis vertigine simul et oculorum ita laborare coepit, ut totam urbem circum se agi videre sibi videretur. Substitit igitur in via, et eductam e pera clavem manu tenebat intentum. Rogatus quid ageret: - « Exspecto - inquit - dum domus prætergrediatur mea, quam ingrediar.



Vir locuples, quum per aestatem circum Alpes vellet errare, misit qui duos vectarios asinos suo nomine quaereret. Haud ita multo post præsto ei fuit cum bestiis rusticis aetate florens et is minime bardus. Quem simul atque adspexit, acutus ut videretur: « Duos asinos - ait - mihi opus esse edixi, non tres ». Sermonem tenuit quidem rusticus, sed tulit tacitus. Sub lucis occasum rationes initurus conductor asinorum, cum rusticus sermonem habuit huiusmodi:

— Quantus est vectura?

— Quindenis libellis.

— Ohi, quindenis libellis! At fando audiveram quinas libellas in singulas bestias esse solvendas.

— Ita prorsus. Tres enim, ut tu hodie mane dixisti, asini sumus. Ter quini sunt quindecim.

T. C.

DE MEDIOLANENSI ARTIUM RECENSIO.

Qui de maximis omnibus artium industria-
rumque humanarum recensionibus fideliter
calamo commentarii nostri per paginas aliquid
semper seripsimus, de Mediolanensi
novissima, quae patet Alpium sub ingis, ingenti exhibi-
tione silere omnino haud possumus, tum quia nostra est, tum
quia professa iterum iterumque altissimorum montium viscera,
humanarum omnium artium veluti triumphos celebrat. Quodsi
hactenus ob rerum copiam quas enarrandas habuimus nihil praeter
nuncium referre datum est, antequam tempus eius ocludentiae
maturet, notitiam aliquam compendiariam licet, praeterire
non possumus.

Adsit itaque nobiscum aëronautico velut in globo lector, atque urbem hanc novam, ut similibus in exhibitionibus associet, paucis mensibus ortam, una nobis circumspectat. Quinto duae urbes sunt, domibus viridariisque nitidae, quarum altera publicis in hortis Mediolanensis, altera in campo martio excitata est. Utraque vero suam habet ferreis curribus stationem, electricae lucis machinas, atque telephonos ac telegraphos suos, scholarios ac vigilis; patetque in superficiem ad bis millies centena millia passuum, in duplum nempe ac Leodianae novissimae artium recensionis.

Neque minus profecto spatium satis fuisset, ut tot, tanta tamque varia dissitaque hominum industriae opera in unum ordinate, a ruralibus armis et machinis ad liberalium artium miracula, cogerentur.

Ex relichto itaque aëreis navibus amplissimo foro ascendamus. Tholi circum atque pyramides ad caelum extolluntur, sive qui aëronauticam, sive quae meteorologicam exhibitionem obtengunt, sive quae aëreos globos suis in stationibus retinent. Parva autem, quae prope est, in domo totius recensionis rectores atque moderatores assident, unde rem omnem administrent. Prope autem tholus imminet, sub quo navieulae sese moventes, et nautica Italorum exhibitio, deinde Italorum opera penes peregrinos expleta oculuntur.

Horum ad tergum via late patet, quae ferreorum currum ingentem recensionem sensim sequitur; postremo vero Belgicae gentis ad aedes adducit. Belgarum ad instar veteris domus facies aedium appetit, rubris instructa lateribus, pyramidibus tribus, duabusque campanariis turibus insignis.

Hinc longa rubrorum teotorum series divolvitur: Austrorum gentis palatum, ferreorum currum aedificia, machinarum tabernaculum, quae ad efferenda pondera moventur, militariumque operum tentorium ingens. Sed contraria in metu alia rubricantia teeta diffingunt,


sive quae artium salubritatis recensionem, sive quae agricolarum opera et arma, sive quae hospitalis artis industriaeque modos, sive quae

dique diffunduntur. Sub ea nauticae italicae artis opera distenduntur.

Proxime, manuum operibus variis sacra, tentoria sunt, immensa quidem, quaeque mentem oculosque sibi trahunt quam maxime; in eius ambitu et nicotianae artis modi exhibentur; et oxygeni dignendi ratio: ibi Muranenses Veneti opifices vitrea sua celeberrima exhibent, et serici textiles recolliguntur machinaeque quae ad eos parandos inserviunt. Aliud autem fori latus electricorum currum statio tenet, unde ad proximum urbanum rus via dueit.

Quamquam et alia campum hunc per martium notanda et indigitanda videmus; Caii urbis viam et domus tabernaeque, quibus turcica turris imminet lunato cornu insignis: hanc prope Caprarum insulae viscera ad ungues efficta specum caeruleum celeberrimum oculunt. Mox et Americanarum gentium, quae latino sanguine ortae sunt aedes videmus, et tabernaecula navalium sodalitorum, qui sive Ternana sive Spediana in urbibus naves ex chalybe earumque loricis conficiunt. Mox casae lignae venustissimae, ubi vario delectu spectacula oculis aut stomacho patent, tabernae eupeadiariae, sive spectatoriae, quae volventibus machinis luce effictas seseque moventes vitae imagines ostendunt: aliaque tentoria multa, quae industres pacis bellive artes multas variis ex gentibus conlatas exhibent.


Sed quum ferreos currus, electrica actos virtute, qui ad urbanum rus transducunt, videimus, alias aedes hic admirabimur, quae non tam industriarum artium vel commerciorum prodiga prodeunt, sed pulchritudinis potius atque historiae. Aulae sunt honoris causa conditae, ubi feriae omnes, et pompa, et comitia, et orationes, et coetus et musices concentus habentur, eaque prope arenam a Napoleone I iam exstructam, ubi gymnicorum ludorum certamina passim peraguntur. Neque longe abest piscium culturae tentorium dicatum, in quo tum Germani tum nordici ali maxime populi plurima de re exposuere. In adverso latere tabernaculum aperitur, quod curruum veterem naviumque historiam, oblatis euinsque aetatis speciminiis, docet, inter quae emicant auri splendore atque ditissima pompa et Pontificis et Sabaudae gentis currus equis ligneis media in aula vecti. Attingunt haec magnum orbiculari atrium, unde patet cunctae exhibitioni hodiernae aditus princeps: cuius in fronte, geminis arcibus Simplonis montis effossi non facies tantum sed repraesentatio omnis refertur: insigni decoratur monumento, quod Butti sculptor opificibus effosoribus, qui opus giganteum exantlarunt, effinxit.



Mediolanensis artium recensio:
Aditus princeps et Simplonis subterraneae viae repraesentatio.

varios omni ex aetate collectos currus, vel biorotarum omne genus continent.

Sed de hisce peculiariter inferius dicemus; ingens enim ex alto, cui insedimus, globo nunc



Mediolanensis artium recensio:
Mediolani urbis tentorium.

apparet aedium facies, quae automobiles currus et navieulas, industrium omnium artium quae maxime hodie florexit, continet. Ingens sane, sed venusta, trigeminis fenestris ornata, medioque areu distincta, quatuorque columnis, et signis variis ditata lectissime.

Contra, Gallium tabernaculum eminet, quod artium specimina continet quae ad domum aliorumque ornatum spectant: candidum hoc quidem, et ravo tholo coronatum. Adest et alia grandior aedes, cui turris superexstructa est satis alta, cuius ex vertice, fari ad instar, lucis veluti candentes rivuli sub vesperam un-

Huius ad tergum graphis et telephonis vero maxime bonarum pectorum sculptorum post hoc autem pecunia exstruxere, ubi fulgebat caelata opera sua ex sunt ubi industrium a videntia » vocant, magnitudinis orbis magno aspectu. Quid autem ligatus immanis, in quem brili quadam labore auctum est, ab Italibus Hibernibus ad exornandum assumptum, at vix tantum exitatum, se perfectum. Macti virtutes, iamque libere rurales fratribus Helvetiis, Bulgariis, Iaponiis aliisque longe specimina vis sunt.

Helvetii vero, qui tibus, effossis Alpium bore gaudent, lectissimam tuerunt, quibus coram in quem ex centrali




Mediolanensis
Helvetiae

Plura sane aedificient: sed caustum est ne rabilis, neve Sfortiani carent, illum quia lectus est; hoc quia totius regni frontem tantis aedificiis et oculis appetet, et his sonum quam maxime.

Haec aëreo ex globis plura et oculis gratae egeri cupiat, Mediolanum poenitebit.

Huius ad tergum et diariorum aedes et telegraphis et telephonis patent aediculae; ingens vero maxime bonarum artium templum: ibi pectorum sculptorumque opera collecta sunt; post hoc autem peculiare tentorium aurifices exstruxere, ubi fulgentium gemmarum aurique caelata opera sua exponerent, iuxtaque aedes sunt ubi industrium artium, quas « ex praevidentia » vocant, modos et leges et opera totius orbis magno studio disposita apparent. Quid autem ligneus ille, quasi sceletus immanis, in quem opifices innumeri febri quadam labore acti, incumbunt? Aedificium est, ab Italibus Hungarische rebus omnibus ad exornandum dicatum, igne vero absumptum, at vix unius mensis spatio non tantum excitatum, sed prope iam iterum perfectum. Macti virtute estote, populi fortis, iamque libere rursus contendite cum fratribus Helvetiis, Canadiensibus, Russis, Bulgaris, Iaponiis aliisque qui a vobis non longe specimina vis suae ostenderunt!

Helvetii vero, qui una cum Mediolanensis, effossis Alpium visceribus iuncto labore gaudent, lectissima tabernacula constituerunt, quibus coram parvus fons renidet in quem ex centrali columna aqua effluit.



Mediolanensis artium recensio:
Helvetiae tabernaculum.

Plura sane aedificia in rure exstrui poterant: sed cautum est ne Pacis arcus ille memorabilis, neve Sfortiani castri prospectus ocludentur, illum quia lectus ex eo aditus in rus est; hoc quia totius recensionis postremam veluti frontem tantis aedibus occupatam optimum et oculis appetit, et historiae urbis ipsius consonum quam maxime.

Haec aereo ex globo videre nobis lieuit; qui plura et oculis grata et utilia intellectui attinere cupiat, Mediolanum petat; neque ipsum poenitebit.

GEOGRAPHICAE NOTAE

Caepionis sive Simplonis mons effossus.

VALENSIUM Helvetiorum in regione Alpium, inter altissima iuga, Caepionis mons, qui nunc Simplonis vocatur, Italos ab Helvetiis



Mediolanensis artium recensio: Belgarum aedificia.

teiungebat, quem Latini etiam « Scipionis monsem » et « Sempronium » dixerunt. Ad quatuor millia fere passuum altitudinem nivalem verticem extollit; at XIX saeculo ineunte, Napoleon Caesar, quo facilior esset militibus ex una in alteram regionem ingressus, viam militarem quinquennali labore ibi aperuit, quae Glissio ab oppido Helvetiorum Domodossolam, Italiam civitatem, per septem millia passuum iter attingebat. Titanicum ferme facinus; quum ad bis mille usque passuum in altitudinem via efferatur, dulcissime tamen, ita ut currui pervius ascensus fiat. Eius maximo in vertice Bernardinis monachis, ubique gentium notis, exstructum est inter rupes hospitium, quod peregrinis viatoribus patet adhuc.

Iamvero, diu ante Napoleonis incepitum, eamdem in Italiam viam Iulius Caesar suis in commentariis commemorat, laboresque suo iussu ibi per Gallos Sedanos perfectos, ut mercatoribus non minus quam legionibus tutta in eos via esset. Verum Sedani Galli acri libertatis studio conatus consulis omni ope adversati sunt et, vix ac lieuit, eius operam labefactarunt.

Sed hodierna humanitas tutius iam atque perfectius exigit opus, quod maximi imperatores duo, bellie non sine consilio, tentaverant: exigit non ad arma inferenda et clades, sed ad communicanda pacis commoda foecundaque commercia, et ad iungenda magis magisque studia populorum.

Anno igitur MDCCLXVIII, sancto Helvetios inter Italosque foedore, antiqua montis viscera effodiendi inceptus est ausus atque ita constanter productus, ut sexennii tantum spatio expletus omnino hodie appareat. Ad celebrandam maximi eventus memoriam Mediolanensis indicta est universarum artium recensio, quo

populi omnes ex Europa passim convenire et conferre operam vidimus. Helvetiorum feriae Brigae paratae sunt, Italorum Domodossolae; urbes enim hae duae novae amplissimae foveae veluti caput constituent. Utraque, inquam, in urbe feriae solemnissime sunt celebratae: Italorum rex Victorius Domodossolam primum, ac deinde Brigam tenuit, ubi Helvetiae reipublicae praeses ei obviam venit, Forrerius, qui deinde inter Italos descendit.

Prisca illa via, quam Napoleon deduxerat, laeta erat et varia per saltus atque silvas, caelo sub alto, per pontes spumanibus aquis imminentibus, per virides campos, per nitidas denique vitreasque glacies, multis decora adspectibus pulchrisque visis evolubatur, occurrebatque casis et oppidis, alpinis sane, sed nitidis atque comptis, ut montanae illius gentis vetustissimus est mos. Hodierni autem tramites recta linea per nebras in viscera montis demerguntur: sed deferunt ipsi currus electridis lucem, quae sensim, dum eitissime convolant ad metam, splendore suo noctem fugat.

Unius vix horae spatio ex una in alteram gentem merces, divitiae, epistolae, pecunia, viatores transcurrunt, nullaque iam



Mediolanensis artium recensio:
Gallicae aedes de rebus ad exornandum.



Mediolanensis artium recensio: Austrorum palatum.

Alpium iuga sunt, quae posuisse natura videbatur, ut nos ab Helvetiis secereret. His itaque triumphis provehitur humanitas populorumque caritas multiplicatur. Id vero ut non sine victimis plerumque fit, ita et in Caepionis montis effossione: nam paucis abbinc mensibus ex latere foveae ingens saxum divulsum plures opifices oppressit, qui pacta mercede, ad opus ingens, veluti de cyclopica gente antiquitas fabulabatur, adlaborabant. Quamobrem in fronte foveae lapis memorialis affixus est, atque exculta in eo ad perpetuam recordationem omnium opificium nomina sunt, qui, morte ipsa in la-

bore correpti, suam pro fratrum commodo vitam posuere. Itaque non immerito ante maximas Mediolanensis recensionis fores, quae ad foveae illius quasi frontem referendam exstructae sunt, humilibus opificibus signum est positum, ut sciant iam omnes nobilissima haec esse pacifica bella, quae non morti sed vitae parandae pugnantur, et operariorum arma ensibus et gladiis iam denique esse praeponenda.

EX ORIENTE

SS. Iesu Christi Sepulcrum
Franciscani adversus Graecos tueruntur.

Nondum vobis vulgata fuere quae, circa Sanctissimum Iesu Christi Sepulcrum, gravia sane et periculosa, extremis hisce temporibus Hierosolymis acciderunt. At modo a silentio abstinendum est, sententia in favorem Franciscanorum iam prolata.

Res agebatur nobilissima, tueri, seilieet, gentium civilium et catholicarum quotquot sunt, sanctissima iura. Monachi enim Graeci e schismate Photiano, usurpando sibi perpolitatem sacelli, quae pro vice sua Franciscanis contingebat, ausi fuerant non tantum inermes Franciscanos minari, sed ad facinora renovanda prolabi videbantur, postquam alapis affecerunt ipsum Sepulcri Tureimannum catholicum, civem utique mitissimum.

In gravi hoc discrimine, memoriae Franciscanorum subiit sese loco Crucesignatorum ad custodiam SS. Sepulcri positos esse. Certamen, quo nullum gloriosius, strenui sustinere parati, maluissent equidem mori potius quam dare vietas manus.

Verum estne opus certamine, si vir adsit volens et potens, pro iure vindicando et compendis controversiis, calamo et verbis parare triumphum?

Atqui rmus. Custos P. Robertus Razzoli, vix suborta quaestione, vespero diei XIX Augusti, pacem cum Graecis expertus est; sed res quum incassum accidisset, nocte illa suboseura, et mane insequentis diei, nihil intentatum reliquit quod felicem exitum gravissimae litis quam ceterius aliunde sibi praepararet. Ad rem Consules omnes Hierosolymorum concursum praebuere mirabilem, qui singuli euravere ut variarum nationum Fratres, utpote cives sibi subiecti, tum incolumes ab aggressionibus servarentur, tum iure a magistratibus defenderentur. Re quidem vera, vespero diei XX Augusti, excellentissimus Rachid Bey, Gubernator civilis Hierosolymorum, verbis disertissimis, declaravit « Monachos Graecos violasse statu quo, ut aiunt, simul et consuetudines »; ratamque habuit rationem agendi Franciscanorum probatissimam, tamquam iuri statuto in *Tractatu Berolinensi* et consuetudini conformem. Quae Gubernatoris aequissima sententia, primum ostentus, deinde in ipsa Basilica SS. Sepulcri, spestante Clero et populo, coram contenditibus Graecis et Latinis lata fuit.

Die vero subsequenti, idem excellentissimus Gubernator confirmavit sententiam ipsam pridie prolatam, scripto authentico, quod contro-

versiae resolutae et Catholicorum iuris non amplius violandi documentum perenne erit.

Nunc Fratres, Latini Hierosolymorum cives, et advenae peregrini sanetissimum Iesu Christi sepulcrum, denuo vindicatum, gaudio miscentes lacrimas, devotiores osculabuntur. Valete.

VOX URBIS PALAESTRA

DE CROESO ET SOLONE.

PARS I.

CROESUS (*in aula*). — Deorum ego sum amicissimus, neque unquam alias ab iis ita est protectus. Quot gentes bello vici! Quantam divitiarum copiam atque eumulum congesi! Maxima mihi hominum multitudine servit atque reges ipsi potentissimi meam quaerunt amicitiam. Reliquum est, ut Solon, omnium hominum sapientissimus, me iudicet felicissimum atque beatissimum. Eum ad me vocavi, eique divitias omnes ostendi, ut ex ore eius laudem meam audirem. Quid est, Pasi, quod annunties?

PASIS. — Advenerunt, rex, legati a Moera missi, rege non parvae civitatis, qui tibi eius tributa ac dona offerrent. Fama enim tua ad eum pervenit, qui ut se in numero amicorum tuorum habeas nunc a te petit.

CROESUS. — Quis me beator, Pasi? Horum adventus praeter omnium expectationem accedit. Eos postea libenter admittam. (*Croesus dat signum ut puer ad se accedat; cui, quum advenerit, ait*): Voca, puer, Cerestem Magum.

PUER. — Quod iussisti, fiat. (*Puer exit*).

CROESUS (*ad Pasim*). — Solonem illum spero omni apparatu me digno recipias.

PASIS. — Omni eum quidem honore afficeimus, et in pulcherrimis palatii tui conelaviis habitat.

CROESUS. — Eum ad me vocabis. (*Pasis exit*).

ORIUS (*intrans*). — Omnia tibi, rex, bona cupio.

CROESUS. — Saluto te, Ori. Nonne tu cum Solone illo locutus es? Quid de divitiis meis et de fortuna mea iudicat? Nonne me omnium hominum putat esse beatissimum?

ORIUS. — Solon, qui omnium sapientissimus existimatur, quum immensos thesauros tuos, aurum, argentum, lapides, ebur conspergit mirum in modum tacuit.

CROESUS. — Divitiarum mearum copia pereensus, opinor. Quid postea?

ORIUS. — Postea quid de te putaret interrogatus, etiam tacuit.

CROESUS. — Quid hoc sibi velit non intellego.

CERESTES MAGUS (*intrans*). — Salve, Croese!

CROESUS. — Nullum iam accepisti oraculum ab Apolline, quem de bello nobis eum Cyro gerendo consuluumus? Utinam di etiam in hoc bello nobis secundi fiant!

CERESTES. — Nuntium brevi venturum audiui. At resonsum quod afferet tibi soli tradere licet.

CROESUS. — Attende ne equi nuntio in via parvis intervallis distantes desint, qui eum quam celerrime ad urbem portent. Heu! Inde mihi perierulum.

CERESTES. — Noli timere. Mutua stellarum coniunctio optimum faustumque belli exitum praedicit.

PASIS eum SOLONE. — Ave, rex, potentissime! CROESUS (*ad Solonem*). — Optatum venis. Considera, hospes Atheniensis, ad dexteram meam. Tu multas perlustrasti terras variasque visitasti gentes; tua ab omnibus sapientia laudatur. Unde liceat mihi ex te quaerere quinam omnium quos novisti tibi beatissimus videatur?

SOLON. — Ego Tellum Atheniensem felicissimum esse puto.

CROESUS. — Sed quis ille Tellus? Quam ob causam illum vocas beatissimum?

SOLON. — Tellus, quum et ipse et familia et tota civitas bonam fortunam consecuti essent, vitam elaram clara morte finivit. Forti enim animo contra patriae hostes gladio dimicavit et victor occubuit. Athenienses autem eodem loco, ubi mortuus est, illustri funere eum sepeliverunt et in egregii civis memoriam grande monumentum exstruxerunt.

CROESUS (*ridens*). — Ego fortunae eius non invideo!...

SERVUS (*ingrediens*). — Legati a rege Moera missi petunt ut illis te adire liceat.

CROESUS. — Libenter aditum dabo.

LEGATI (*procedunt et genua flectunt; quorum unus*). — Rex noster haec annua tibi, Croese, tributa ac dona, atque adeo coronam suam regiam offert, seque sua sponte tibi subicit, teque implorat, ut socium se et amicum excipias, neque sibi unquam bellum indicas.

CROESUS. — Surgite, legati, et regi vestro haec referte: Si viribus tuis cum Lydorum exercitu coninnetis, foedus voto confirmaveris, Croesus, Lydorum rex, preees tuas non repudiavit. Domum igitur revertimini! Quis hoc feret? (*ad Solonem conversus*). Ad propositum redeamus, Solon! Quem igitur praeter Tellum illum beatissimum indicas?

SOLON. — Cleobem et Bitona iuvenes Argivos post Tellum felicissimos habeo.

CROESUS (*deiectus*). — Quare ita indicas?

SOLON. — Uterque in publicis certaminibus vitor evenit. Eorum mater Iunonis fuit sacerdos. Atque die festo, quum boves, qui matrem ad templum vehebant, non adessent, ipsi iuvenes matris currum traxerunt; quam ob rem toti populo admirationi erant.

CROESUS (*interrumpens*). — Eane de causa illos putas esse beatos?

SOLON. — Finem, rex, narrationi meae nondum imposui.

CROESUS. — Pergas, velim!

SOLON. — Mater autem, quum sacra fecit, deam est precata ut id praemium virtutis iuvenibus daret, quod hominibus esset optimum.

CROESUS. — Equod praemium dedit?

SOLON. — Audi et mirare! Iuvenes ante ipsius Iunonis aram somno capti leni morte obierunt. Atque Argivi eorum imagines, ut meritum iuvenibus honorem redderent, Delphis in Apollinis templo suspenderunt.

(*Auditur tumultus populi clamantis*): Vivat rex, vivat rex! (*Duo muniti intrant*).

CROESUS. — Quid ille clamor?

I. NUNTIUS. — Io triumphe! Dux tuus, rex, Larissus proelio vicit, terra marique hostes

fudit et fugcepit...

II. NUNTIUS.

tibi responsu

CROESUS (*elata*

traiceris,

nuntium): Gr

deos mihi s

meum usque

Solonem): H

meam felicit

lum et iuven

Solonem iter

tus est): En

urbs haec o

munita!

POPULUS. — Viv

CROESUS. — An

phe » clamant

tem in numer

SOLON. — Vita

vicissitudin

tem et multa

felicem vero

quam finem v

CROESUS (*iratus*)

pienti viro in

benigno, hosp

SOLON (*exiens d*

ante mortem

Ex collegio SS. C

vitibus Foederatis

ACTA

de Religiosorum

Apostolica Sede

P

D

EI provider

Ecclesiae t

alia multa ostend

veteribus religio

nem publicarum

nova instituta

religiosae vitae

christiani popul

deserviunt. Illas

sexus Familias

habitu distinctas

votorum aut nul

quarum sodales,

mos, eisdem tame

praeotide omnes v

tionem virtutis ip

rum causa in va

diae operibus ex

istiusmodi, tam

civilis societate

quam defuturam

seere, usque ade

videatur esse min

genus, quod illa

Iutua stellarum con-
mque belli exitum
rex, potentissime!
Optatum venis. Con-
ad dexteram meam.
terras variasque vi-
nibus sapientia lau-
ex te quaerere qui-
sti tibi beatissimus
henensem felicissi-

ellus? Quam ob cau-
sum?

ipse et familia et
am consecuti essent,
te finivit. Forti enim
ostes gladio dimicar-
Athenienses autem
s est, illustri funere
egregii civis memo-
rum exstruxerunt.

ortunae eius non in-
tegri a rege Moera
adire liceat.

m dabo.

a flectunt; quorum
e annua tibi, Croese,
adeo coronam suam
sponte tibi subicit,
um se et amicum
am bellum indicas.

et regi vestro haec
um Lydorum exer-
voto confirmaveris,
reces tuas non repu-
vertimini! Qui hoc
versus). Ad proposi-
tum igitur praeter
iudicas?

a iuvenes Argivos
habeo.

ita iudicas?
is certaminibus vi-
lunonis fuit sacer-
m boves, qui ma-
ant, non adessent,
n traxerunt; quam
rationi erant.

Eane de causa illos

ioni meae nondum

in sacra fecit, deam
m virtutis inveni-
is esset optimum.

m dedit?

iuvenes ante ipsius
i leni morte obie-
m imagines, ut me-
redderent, Delphis
nderunt.

li clamantis): Vi-
muntii intrant).

Dux tuus, rex, La-
marique hostes

fudit et fugavit, castra eorum spoliis referta
cepit ...

II. NUNTIUS. — Oraculum a te consultum hoc
tibi responsum mittit. (*Dat regi litteras*).

CROESUS (*elata voce legit*). — Si Halym flumen
traieceris, magnum delebis imperium. (*Ad
nuntium*): Gratissimum nuntium retulisti, quo
deos mihi secundos esse iudico. Regnum
meum usque ad fines terrae extendam. (*Ad
Solonem*): Hospes Atheniensis, iam nunc
meam felicitatem adeo parvi facis, ut Tel-
lum et iuvenes illos mihi anteponas? (*Ad
Solonem iterum, qui eum ad fenestram secu-
tus est*): En agri, montes, silvae, greges! En
urbs haec opulentissima, firmissime natura
munita!

POPULUS. — Vivat rex, vivat rex!

CROESUS. — Audi populum alta voce « io trium-
phe » clamantem; nunc certe me tertium sal-
tem in numero beatorum esse putabis.

SOLON. — Vita hominum, mi rex, incerta est et
vicissitudinum plena. Nunc te quidem divi-
tem et multarum rerum moderatorem video;
felicem vero non prius ego te praedicabo
quam finem vitae tuae viderim felicem.

CROESUS (*iratus*). — Verba ista dura sunt et sa-
pienti viro indigna. Hospitio ego te recepi
benigno, hospitium nunc renuntio!

SOLON (*exiens dicit Croeso gravi voce*): — Nemo
ante mortem beatus!

EXPLICIT PARS I.

Ex collegio SS. Cordis Iesu ad Prairie du Chien in Ci-
vitatis Foederatis Americae Septembris.

DE PAULO.

ACTA PONTIFICIA

MOTU PROPRIO

de Religiosorum Sodalitatibus nisi consulta
Apostolica Sede non instituendis.

PIVS PP. X.

DEI providentis benignitatem, opportune
Ecclesiae temporibus subvenientem, cum
alia multa ostendunt, tum hoc praeclare, quod
veteribus religiosorum Ordinibus ob conversio-
nem publicarum rerum dispersis afflictisque,
nova instituta accessere, quae, professionem
religiosae vitae retinendo, ingravescientibus
christiani populi necessitatibus multipliciter
deserviunt. Illas hoc loco, ut appareat, utriusque
sexus Familias dicimus, proprio et titulo et
habitu distinctas easdemque solo simplicium
votorum aut nullo id genus vinculo adstrictas,
quarum sodales, licet in plures distributi domos,
eisdem tamen legibus ac sub uno summo
praeside omnes vivunt, eo proposito, ut perfec-
tionem virtutis ipsi assequantur, seque proximo-
rum causa in variis religionis aut misericordiae
operibus exerceant. Profecto sodalitatum
istiusmodi, tam bene de Ecclesia deque ipsa
civili societate merentium, sperandum est nun-
quam defuturam copiam: hodieque libet agno-
scere, usque adeo eas inerebuisse, ut nullum
videatur esse ministrandae caritatis christiana
genus, quod illae reliquum fecerint. Verumta-

men, quae est humanae conditionis infirmitas,
ex ipsa ista talium sodalitatum frequentia, nisi
temperatio aliqua iuris accesserit, fieri non
potest quin aliquando saeculae disciplinae per-
turbatio quaedam oriatur et confusio. Itaque
ad hoc avertendum incommodum plura iam
Apostolica Sedes edixit; nominatimque cavit,
ne ibi sodalitas nova conderetur, ubi per alias
iam conditas necessitatibus locis satis consul-
tum esset; neque ulla usquam sineretur institui,
quae aut redditibus careret, ad sodalium vietum
necessariis, aut quidquam minus decorum in
titulo, in habitu, in opere exercendo pree se
ferret. Praeterea Sacrum Consilium Episcoporum
et Regularium negotiis praepositum non
nulla praescripsit antea servanda, quam hae
sodalitates earumque constitutiones approba-
tione aut laude Sedis Apostolicae honestarentur.
At vero experimentis compertum est, nondum
per has praescriptiones satis esse provisum, ne
sodalitates ab suis exordiis in eo statu collo-
centur, unde postea, quum Apostolicae Sedis com-
probatio erit assequenda, debeant magno saepe
cum detimento reedere. Quare, de eiusdem
Saeculi sententia, haec nos quae infra
scripta sunt, motu proprio statuimus:

I. Nullus Episcopus aut cuiusvis loci Ordinarius,
nisi habita Apostolicae Sedis per litteras
licentia, novam alterutrius sexus sodalitatem
condat, aut in sua dioecesi condi permittat.

II. Ordinarius, huius licentiae impecrandae
gratia, Sacrum Consilium Episcoporum et Re-
gularium negotiis praepositum aeat per libel-
lum supplicem, quo haec docebit: quis qualisque
sit novae sodalitatis auctor, et qua is causa ad
eam instituendam ducatur; quibus verbis con-
ceptum sit sodalitatis condendae nomen, seu
titulus; quae sit forma, color, materia, partes
habitus a novitiis et professis gestandi; quot
et quae sibi opera sodalitas assumptura
sit; quibus opibus tuitio eiusdem contineatur;
an similia in dioecesi sint instituta, et quibus
illa operibus insistant.

III. Accepta Saeculi venia, nihil iam
obstat, quominus Ordinarius novam sodali-
tatem instituat aut institui permittat, eo tamen
titulo, habitu, proposito, ceterisque rebus ab
ipso Sacro Consilio recognitis, probatis desi-
gnatis: quae nunquam deinceps, nisi eodem
consentiente, immutari licebit.

IV. Conditate sodalitatis constitutiones Ordinarius
recognoscet: verum ne prius approbet,
quam eas ad normam eorum, quae Sacrum Con-
silium in hac causa decrevit, exigendas cura-
verit.

V. Instituta sodalitas, quamvis decursu tem-
poris in plures dioeceses diffusa, usque tamen
dum pontificiae approbationis aut laudis testi-
monio caruerit, Ordinariorum iurisdictioni sub-
iaceat, ut Decessoris Nostri constitutione « Con-
ditae » sanctum est.

Quae vero per has litteras decreta sunt, ea
Nos rata et firma esse volumus, contraris qui-
busvis minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum die xvi Iulii
anno MCMVI, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. X.

DIARIUM VATICANUM.

(Die xxii mens. Aug. - d. xx mens. Sept. M DCCC VI).

Coram SSmo admissiones.

Praeter Purpuratos Patres, Urbanos Antistites
aliosque viros, qui sui cuiusque munieris gratia Pon-
tificem de more adivere, peculiari nota digni sunt
iuxta admissionis diem: excus vir Wolfram de Roten-
ten dynasta, legatus extraordinarius atque admis-
tiner Borussorum cum omni potestate apud Aposto-
licam Sedem; excus vir Maximilianus D'Erp
dynasta, iisdem munibibus fungens pro Belgis; ratus
vir D. O'Connell, rector athaenaei catholici Washingt-
oniensis; excus vir Ianuarius Graniti Pignatelli de
Belmonte, archiepiscopus Edessen, Nuntius Aposto-
licus ad Austros et Hungaros; Baclé doctor, eques
torquatus, Vindobonensis legatus ad publicum illius
civitatis coetum tum legibus ferendis tum municipio
administrando; peregrinorum manus ex pago Anguil-
lara Sabatia; manus Gallorum iuvenum ad septen-
gentorum numerum, gymnicis societatibus addictorum,
quibus coram SSmo datus est honor ludorum suorum
experimentum agendi; ratus p. Franciscus Xaverius
Wernz, novus praepositus generalis Soc. Iesu cum
sodalibus suis, qui « generalis capituli » participes
fuere; excus vir Michael Martins de Antas, Lusi-
taniae legatus apud Apostolicam Sedem; excus vir
Iosephus Aversa, legatus apostolicus ad insulas Cuba
et Porto Rico, archiepiscopus Sardian. recens electus
et consecratus; excus vir Ioannes Tacci Porcelli,
archiepiscopus Nicaen, legatus apostolicus Constan-
tinopolitan; excus vir Gustavus de Bohlen Hal-
bach, Borussorum negotiorum gestor apud Aposto-
licam Sedem, coram adducens excusum virum Diegum
de Bergen, legationis consiliarium, in ipsius locum
suffectum; Gallorum peregrinorum manus, Leone
Harmel, equite torquato, praeside; Philippus Pacelli,
eques torquatus, collegii advocatorum S. Consistorii
decanus; Emanuel Joachim de Barros, in Lusitano
exercitu peditum praefectus.

Pontificiae electiones.

Ratus p. Vogt e Congre Spiritus Sancti Vicarius
Apostolicus Zanguebarense dicitur.

— Ratus v. Camillus Tiberio, parochus oppidi
Atessa ad Neapolim, episcopus Dianen. creatur.

— R. viri Humbertus Benigni, alter a secretis
Sacrae Congregationis pro Negotiis Ecclesiasticis
extraordinariis, et Philippus Di Fava Saec. Rit Con-
gregationis substitutus, inter Antistites Pontificiae
Domus referuntur.

— R. p. Guilelmus a S. Felice, ex Ordine SSmae
Trinitatis pro redemptione captivorum, Praefectus
Apostolicus regionis Benadir sufficitur r. p. Leandro
a Virgine Perdolente, Lamae vita funeto.

— In locum excus viri Francisci Mariae Iosephi
Delamaire, coadiutor delegatus archiepiscopi Came-
racen., episcopus Petrocorieen. et Sarlaten. eligitur
ratus vicarius generalis Pietavien., L. Bougain.

Vita functi viri clariores.

Die xxvii mens. Augosti, Neapoli, repente morbo
corruptus Iosephus Cigliano, episcopus Cymaeus,
enim Neapolitanae dioecesis archiepiscopi alter e coa-
diutoribus, an. n. LII.

— die xvi mens. Septembr., Lutetiae Parisiorum,
Victorius Agostinus Deramecourt, episcopus Sues-
sonien, Lauduaen. et Sanquintien., in oppido Beauvois
dioeces. Atrebaten. n. d. VII mens. Martii M DCCC XLI,
episc. creatus d. XXIV mens. Martii an. M DCCC XCVIII.

In caussa facilis, cuius licet esse diserto,
Et minime vires frangere quassa valent.
Subruere est arcis et stantia moenia virtus:
Quilibet ignavi praecepitata premunt.
OVID., Trist. III.

ANNALES.

Russicae res.

Dum administratorum collegium, — iure autem studium atque exercitium operosarum reformationum potissimum auxilium fore ad statum Russicae rei publicae in pace renovandum — legem componit, qua cives primae litterarum institutioni omnes teneantur, satague ut agricultorū iurium participes fiant, quibus ceterae fruuntur civium classes, en fanaticus illorum furor, qui sanguinis effusione civitatis malis mederi sibi tribuunt, novas patrat atrocitates, quibus hinc Minn copiarum dux, et militaris Varsaviae gubernator interficiuntur, inde ipsius Stolypini, administratorum praesidis, vita nefarie petitur. Effugit hie quidem infandum facinus, quod eius domum evertere conabantur, at insontes plures misere vitam amiserunt aut vulnera passi sunt, inter quos ipsius administrī liberi, qui effracta crudeliter sibi membra viderunt. Miranda autem agendi ratio patris infelcis, qui, familia patriae posthabita, in ineopto opere pro eius salute firmus perseverat.

Seditiones denique, quae proximis his diebus in Polonis provinciis excitata sunt, Siedlce prae-
sertim, hue illuc inde quasi repercussas, hand praetermittimus, at simul notabimus operarios ab iis prope omnino laudabiliter abstinuisse.

*Civile bellum in Cubana republica.*

Non tamen unice in Europa civile bellum agitatur; Cubana enim in insula factiosi in rei publicae praesidem seditionem fecere, favente — prouti dictitant — clanculum saltem, Capoti, altero a praeside, summam rerum anhelante. Pugnatum est utrinque, atque etiam Civitatum Foederatarum Septentrionalis Americae interventus, in armis quoque, invocatus; videntur vero res iri compositum post colloquia, quae his diebus inter partium principes habentur.

*Ad flumen Ianuarium totius Americae con-
ventus.*

Haec, dum in urbe quae a flumine Ianuario nomen sumpsit legatorum ex omni America conventus tertium congregatur ad suas res tutandas et concordiam inter Americanas gentes omnes fovendam. Quaestiones, quae Americae regionum prosperitatem maxime attingerent in disceptationem inibi revocatae, atque de iisdem sumpta consilia; aliae autem quae belli ius respicerent ad tribunal Haganum arbitrorum delatae.

*Liburnos inter atque Italos discordiae.*

Antiqua simultas inter gentes tres, — Liburnicam, Italicam atque Hungaricam — litus ad orientem Hadriaci maris incolentes, improviso rursum exarsit, quum Franciscus Iosephus Imperator Dalmatiā esset petiturus, ut copiarum exercitationibus adstaret; atque ad lamentabilem usque insolentiam processit in urbibus praecipue Zara, Fiume, Scissak. Liburni, qui

nunc etiam instimulatorum partem habuerunt, ferino quasi animo contra Italos operati sunt, ita ut magistratus sui excusationes Italico gubernio afferre debuerint.

*Gallicum religiosum discrimen.*

Pontificiae litterae ad Archiepiscopos et Episcopos Galliae missae, quas in superiore Commentarii nostri numero integras retulimus, gentem Gallicam vehementer commoverunt, hinc stantibus « radicalibus, socialistis doctrinariisque » quos nuncupant, quibus finis insanus « separationis legem » ad ultimas admovendis rationes, licet civile bellum sit exoriturum; inde iis, quibus cautius consilium inveniendi modum, quo inter ius sanctum et Ecclesiae querelas aliqua compositio perficiatur. In medio autem animoque securi stant Episcopi, qui iterum Parisios convenerunt, ut unam viam simul ingredierentur atque in discrimine teneant, Patri atque Pastori summo sese constrigentes, Deoque confisi, qui victoriae properet diem.

Historia enim ipsaque experientia docet, cui tandem ista arridebit!

PER ORBEM.

Die XXI mens. Aug. MDCCCCVI ex finibus Peruvianaē reipublicae novi terrae marisque motus nunciantur, hominum caedes damnaque immensa procurantes.

— d. XXII incendium ingens in silvis Tolonensis ortum late ad proxima oppida usque propagatur.

Bilbao in urbe Hispanica operarii fodini va-
cantes ex condito labores deserunt: iis con-
sociantur ex aliis artibus opifices ad quatuor
millia hominum numerum, tumultus hic illic
excitantes.

— d. XXIX Santanderensi ex urbe similia afferuntur.

— d. II. mens. Septembr. Parella, in sub-
bano suo ad Eporediam, diem obit supremum
Iosephus Giacosa, Italus litterarum cultor dramatique scriptor, natus die XXI mensis Octo-
bris MDCCCXLVII.

— d. IV Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis loricata navis Boston ad S. Ioannis insulam naufragium patitur.

Tempestates tum in Hispania tum in Indis desaeviunt.

— d. VI incendium, qua de causa exortum ignoratur, Frotex, oppidum Gallicum prope Annessium, absunit omnino.

— Similia insequenti die Anguncianae, Hispanico in oppido, ad Logronium contingunt.

— d. XI Gropello, in pago Papiensi, moritur Carolus Cantoni, Italus philosophus, inibi natus d. XXI mens. Novembris MDCCCXL.

— d. XIV Matrito nunciatur in agro Numantino inventas esse reliquias castrorum Scipionis Aemiliani, qui Numantium Romanis subegit anno CXXXIII a. C. n.

— d. XV Mediolani in artium omnium exhibitione novum aedificium, ubi res omnes ad

exornandum ab Italibus Hungarische perfectae ostenduntur, coram rege atque regina Italorum solemani ritu inauguratur. Ita post dies quadraginta Italorum virtus de flammarum rabie splendide triumphat.

— d. XVI Aprutiorum dux e Sabaudica gente, a Ruwenzori montibus redux, Italiam iterum ingreditur.

— d. XVII fulmen, in arem nitrato pulvere adservando apud Montfaucon lapsum, pulvrem ipsum incendit, qui caedes ruinasque late diffundit.

Gratianopoli operariorum ab operibus deserentes flunt; vis vi a vigilibus opprimitur.

— d. XVIII Hong-Kong in insula atra procella saevit: naves plurimae in portu franguntur, neque hominum vitae parcitur.

— d. XIX terrae motus Sieulam terram hic illie quatunt.

Ferriviae currus, Londino Scotiam versus profecti, Grantham ad oppidum de limitibus decidunt atque incenduntur. Viatores septem misere inde vitam amittunt.

*AENIGMATA**A I. B. PESENTI PROPOSITA.*

Syllaba bina mihi est: nihil altera syllaba mutat; fertur at instabili syllaba prima vice.

A nitet in templis, spoliis fulgentibus acta: thure pio redole, florea serta gerit.

I furit, et vitreis oculis rubicunda coruscat: fit tremitus venis, uritur igne sinus.

O limbus chlamydis sive instita, fimbria, cirrus, vel litus, rabidi quod ferit unda maris.

Ha foedas pecudes recipit; nil vilius illa, nec locus auspiciis aptior ullus erat.

He venit: ecce timent ancillae pensa trahentes: tineta venit pallam murice, tineta genas.

Ho datur a superis aegri solamen amoris: utere, nam citius non redditura volat.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet ipsius I. B. PESENTI opus, cui titulus:

*PUERILIA**sive CARMINA GRAECA, LATINA, ITALA.*

Aenigmata an. IX, n. VII proposita his respondent:

1) *Orpheus-Morpheus*; 2) *Mel-Fel*.

Ea rite soluta miserunt:

Theresia Venuti marchionissa, *Roma*. — Petrus Terge-
stinus. — Senior Astensis. — Alois. Cappelli, *Sensis*. — I. Ortiz,
Morella. — Erm. Frè. *Vercellis*. — Guilelmus Schenz, *Ratti-
sona*. — Renk par., *Davenportu*. — F. Arnori, *Mediotano*. — Collegium Schol. Piar., *Stetta*. — I. Walter, *Neo-Eboraco*. — Andr. Pápay, *Pruzsina*. — Call. Amalberti, *Albio Intemelio*. — Arn. Blekman, *Haga*. — I. A. C. Oudemans, *Traiecto ad Rhenum*. — Rich. Brondel, *Brugis*. — Arn. Rudzianski, *Ti-
flisio Cartatinorum*. — G. Müller, *Berolino*.

Sortitus est praemium:

I. WALTER,

ad quem missum est FRANCISCI XAVERII REUSS carmen, cui
titulus:

POETARUM MIXTA AERUMNIS GAUDIA.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis, Phil. Cuggiani.

ZEN. ANAST. Ign.
URB. Arc.
Solv.
Har.
Tanc.
LONG. URB. Mor.
ZEN. Si.
URB. And.
Pro.
Fun.
ANAST. Pan.
Zen.
Odi.
Sta.
Agr.
Arc.
Pro.
Cog.
Urb.
ANAST. Voo.
Iuv.
Mal.
Age.
Har.
ANAST. Pau.
Ade.
Nat.
Pae.
Hor.
Teg.
Vox.
Hin.
Sie.
Catu.
Ade.
Simu.
Tu.
Labe.
Hac.
Spir.
Et.
Grat.
Dun.

(1) *Exeunt
nonis in eum v*
(2) *Exit.*

ZENO — Tragoedia IOSEPHI SIMONIS Angli.

(9)

(Passim retractavit hodiernisque scenis aptavit I. F.)

ZEN. Strix Avernalis, tace!
 ANAST. Ignosce, princeps...
 URB. Iste me manet labor:
 Arcebo muris agmen, et positis phalanx
 Solvetur armis. Pallade umbratus comam,
 Harmatius aulam scandet, ac doli inscius
 Tamen dolosos mittet in laqueos caput.
 Qua fraude?
 URB. Fraudis quaere perfectae modum.
 Moramur hostem.
 ZEN. Perge felici gradu.
 Si vota sors fortunet, ingenti dolos
 Pensabo pretio: stabis imperii comes (1).

SCENA V.

URBITIUS, ANASTASIUS.

URB. Anaste, vota prosper impellit Notus;
 Provehimur alto. Cernis, ut fatum sibi
 Fungosa texant capita?
 ANAST. Iungamus manus,
 Pariterque foetos fraude numerosa sinus.
 Zeno Gradiyi columen Harmatium timet,
 Odio Pelagium frater aeterno vovet;
 Stant fata utrisque. Quos ubi letho datos,
 Agnoscet orbis quantus in feras furor
 Ardebit undique? Vulgus ultiorem, ducem
 Proceres amabunt, quisquis exitio dabit
 Cognata Furiis capita, terrarum mala.
 Te fata poseunt.
 ANAST. Fateor, agnosco. Strigem
 Vocavit hostis: esse bubonem iuvat.
 Iuvat esse diri vulturem cantus, tibi
 Male auspiciatos semper ut luctus canam.
 URB. Age, qua trahendus arte sub casses prior
 Harmatius.
 ANAST. Aures pariter et mentem admove.
 Paucis docebo. Quaero Basiliscum ocius;
 Adesse patrem milite instructum canam.
 Natus parenti occurrit; horrenti obsitus
 Paedore, totus ibit in luctum puer.
 Horror capillos obruet, vultum dolor,
 Teget ora fletus, latera singultu gement,
 Vox in qurelas surget, in planetum sinus.
 Hinc ira patris. Credis insana tigrim
 Sic aestuare rabie, ubi raptos videt
 Catulos, ut ingens rumpet Harmatium dolor?
 Aderimus ambo. Quaque virtutem nota
 Simulare soleo, patris accendam mala.
 Tu facinus auge: sobolis opprobrium, domus
 Labem, decorae iura vindictae move.
 Hac implicatus arte vindictam pater
 Spirabit animo, seque damnabit verum,
 Et ecce turmas aquila victrices movet.
 Gratare reduci; nec te venienti moras,
 Dum, me iubente, natus occurrat patri (2).

SCENA VI.

URBITIUS, HARMATIUS, quem comitantur CASTOR
 eiusque MILITES.

HARM. Resiste, miles, Urbis augustae inclytas
 Verere turres. Patuit ad muros iter;
 Ulterius arma ferre lex patriae vetat.
 Salvete caelo proximas, heroum domus,
 Regum Penates, patriae optati lares.
 Regina sedes, artis annosae labor,
 O cara salve terra, quam lituum canor,
 Quam tectus aere miles, umbonum chalybs,
 Mavortis horror, densa telorum seges,
 Et fusus omni latere venarum crux
 Defendit usque. Pande venienti sinus
 Faustoque reducem pacis amplexu fove.
 URB. Invicta salve ductor, armorum potens
 Columen Eoae gentis, imperii salus;
 Reditum secundo firmet auspicio polus.
 Ut laetus agmen, agminis laetus ducem
 Video! Decoro pulvis in vultu sedet
 Non indecorus. Martius mentem calor,
 Robur lacertos, tela victrices manus,
 Fortuna pugnam, proelia triumphos agunt.
 Iam digna reduces laurus impedit comas
 Et Marte posito pacis excipiet sinus.
 HARM. Domine, rebus otia et puri meant
 Sine nube soles? Fare, quis regni tenor?
 URB. Vulnus retractas. Heu! recrudescit dolor! (1).

SCENA VII.

HARMATIUS, URBITIUS, BASILISCUS, ANASTASIUS, CASTOR
 eiusque MILITES.

HARM. Videone verae frontis an falsae notas?
 Hic ille nati vultus? O nate!...
 BAS. O pater!
 HARM. Tremuere viscera. Nate, quae rerum vices?
 Quem te parenti sistis?
 ANAST. O fati rotam!
 HARM. In me quid ausa?
 ANAST. Quidquid informis potest
 Audere livor.
 HARM. Damno livoris nefas.
 Effare, quis te tantus immersit dolor?
 Unde hic per ora squalor, et furvam toga
 Imitata noctem?
 ANAST. Dura Zenonis manus!
 Arsit furore bellua, et iussu effero
 Iniudicatum pressit.
 BAS. Occidimus, pater!
 Legit senatum, venit, assedi comes;
 Repente causa statuit indicta reum;
 Damnavit, ostrum rapuit, excussum throno.
 URB. Immane facinus! Tantus in puerum furor!

(Ad proximum numerum).

(1) Ingreditur cum Anastasio Basiliscus.

ungariske perfectae
 atque regina Italio-
 uratur. Ita post dies
 virtus de flammarum
 t.

ix e Sabaudica gente,
 redux, Italianam iterum

reem nitato pulveri
 ucon lapsum, pulve-
 caedes ruinasque late

um ab operibus deser-
 tilibus opprimitur.
 in insula atra pro-
 mae in portu fran-
 vitae parcitur.
 Siculam terram hic

dino Scotiam versus
 ppidum de limitibus
 tur. Viatores septem
 int.

IATA

PROPOSITA.

altera syllaba mutat;
 ba prima vice.
 fulgentibus acta:
 ea sarta gerit.
 rubieunda coruscat:
 ur igne sinus.
 nstita, fimbria, cirrus,
 ferit unda maris.
 nil vilius illa,
 ior ullus erat.
 lae pensa trahentes:
 rice, tincta genas.
 olamen amoris:
 reditura volat.

ne aenigmatis inter-
 entarii moderatorem
 duos, unus, sortitus,
 B. PESENTI opus,

IA
 LATINA, ITALA.

deposita his respondent:

us; 2) Mel-Fel.

Roma, — Petrus Terge-
 Cappelli, Senis. — I. Ortiz,
 Guilelmus Schenz, Ratti,
 — F. Arnori, Mediolano.
 — I. Walter, Neo-Eboraco.
 Amalberti, Allio Intematio.
 G. Oudemans, Traiecto ad
 is. — Arn. Rudzianski, Th-
 er, Berolino.

KÄVERII REUSS carmen, cui

RUMNIS GAUDIA.

CIAMPI, iurisperitus.

Phil. Cuggiani.

SUPELLEX AD RES DIVINAS.

Commentarii VOX URBIS administratio recto tramite suppeditat supellectilem omnem, qua tum in templis, tum in oratoriis ad res divinas uti solemus.

Mandata ad VOCIS URBIS administratorem (Romam, *via Alessandrina, 87*) mittantur, res praecise indicando quae quisque sibi cupit. Gratuito sumptuum aestimatio fiet.

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus quod de negotiis Ecclesiasticis esset; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

SATURIO

Comoedia latinis versibus conscripta a clarissimo viro Joanne Baptista Francesia et per Commentarii VOX URBIS paginas vulgata, in volumen redacta est, quod apud Commentarii eiusdem administratorem venale prostat lib. 1.

☞ IN LUDIS LITTERARUM OPTIMA TIRONIBUS SCENICE AGENDI EXERCITATIO. ☞